



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Magister F. Philippus Vicecomes Mediolanensis Totius Ord. Eremit. S.
August. Prior Generalis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

MAGISTER F. PHILIPPUS VICECOMES MEDIOLANENSIS
Totius Ord. Eremit. S. August. Prior Generalis.
REVERENDO ET NOBIS IN CHRISTO DILECTO P. MAGISTRO
F. Augustino Ilcinensi ejusdem Ord. & Voti, Provinciae
Senens. Provinciali S.

Cum Conciones annuales & Adventus, quae haecenus à Te sunt in lucem editae, novè ab eruditione pietati conjuncta commendari, meritò speramus bono publico Quadragesimalibus quoque prodituras esse, quas insuper elucubrasti, & nostri revisores approbavit benè igitur concedimus, ut accedente eorum, ad quos spectat, licentiâ & approbatione, valeat typis mandare.

Datum Neapoli 8. Decembris. 1650.

F. Philippus Vicecomes Gener. anteq.

Approbatio Adm. R. P. Magistri F. Leonardi Valentini
Casenatis Prioris almi Conventus S. Spiritus Florentiae.

Liber inscriptus Quadragesimalis R. P. M. PAOLETTI omnibus titulis dignus est, qui publicè editis fiat; quia & magnâ eruditione plenus est & magnâ pietate, sanâque doctrinâ refertus. Ita hi deo visum post illum accuratè perlectum, demando Reverendissimi Patris Magistri Philippi Vicecomitis Generalis optimi.

Florentiae Die 6. Novembris. 1650.

Fr. Leonardus Valentinus Ord. Eremit. S. Augustini.

Approbatio Adm. R. P. M. Nicolai Pelosi da Campiglio
Florentini Ord. Eremit, S. Augustini.

EX Commissione Reverendissimi Patris Magistri Philippi Vicecomitis Generalis nostrae Religionis magna cum diligentia legi Quadragesimale Adm. R. P. M. AUGUSTINI PAOLETTI maderni dignissimi Provincialis Provinciae Senensis, cui titulus est QUADRAGESIMALE; In quo nihil quod Catholicae veritati, aut bonis moribus repugnet, invenit; Imò vix aliquid ejusdem generis argumenti opus haecenus legi quod majori cum voluptate & minori cum fastidio me legisse meminerim quam istud; In illo namque Author Scripturarum veritatem tanta cum perspicuitate & energia docet, ut nutriendo intellectum & voluntatem ad bonum excitando, sensum pariter spirituales ad
delicac